Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26339
Copyright: Admont, Benediktinerstift

pharisei dicebant discipulis eius. Quare
cum publicanis & peccatoribus manducat
magister uester. At ihe audiens ait. T. lxxxiii
Non est opus ualentibus medicus sed R. II xxxiii
male habentibus. Euntes autem discite L. xl.
quid est misericordiam uolo. & non sacrifi
cium. Non uenio uocare iustos sed pec
catores. Tunc accesserunt ad eum dis
cipuli iohannis dicentes. Quare nos
& pharisei ieiunamus frequenter. dis
cipuli autem tui non ieiunant. Et ait
illis ihe. Numquid possunt filii spon
si lugere quam diu cum illis est spon
sus. Uenient autem dies cum auferetur
abeis sponsus. & tunc ieiunabunt.
Nemo autem immittit commissuram pan
ni rudis in uestimentum ueteris. Tollit
enim plenitudinem eius a uestimento.
& peior scissura fit. Neque mittunt no